quando in fundatione hoc non reperitur injunctum. Sac.
25 Congreg. Concil. *in Pisaur. 6. Aprilis* 1647. Posset ta-
men Episcopus capellanum adstringere (non censuris)
ad providendum de proprio paramenta, ut respondit Sa-
26 cr. Congreg. Episcop. *in Surret.* 11. *Aprilis* 1589. Ca-
pellanus semel examinatus, & approbatus quoad scien-
tiam ab Ordinario, nulli examini exinde de scientia sub-
jici debet. Sac. Cong. Episc. & Regul. 17. *Julii* 1615.
27 Nec hæres, nec executor testamentarius, neque Episco-
pus, potest in erectione capellaniæ, seu beneficii simpli-
cis injungere capellano onus residentiæ, quod testator
non injunxit, neque addere, quod capellanus pro tempo-
re per se ipsum missas celebret, neque alio modo testato-
ris voluntatem immutare. Sacr. Congreg. Concil, *in Vi-
terbien.* 21. *Januar.* 1698. *in Mexicana* 16. *Maji* 1699.
28 *& in Derthonen.* 4. *Junii* 1701. Capellanus confraterni-
tatis non potest suo arbitrio sine expressa licentia Epis-
copi processiones facere. Sac. Cong. Rituum *in Meli-
29 tens. Galatii* 4. *Mart.* 1606. Et si non adsit licentia Epis-
copi, non potest illas facere sine licentia parochorum,
per quorum territorium transeundum est. Sacr. Congr.
Rituum 10. *Decembris* 1703. *in resp. ad vigesimum se-
30 cundum.* Nec potest capellanus confraternitatis in proces-
sionibus extra propriam ecclesiam deferre stolam. Eadem
Sacr. Congreg. 10. *Decembris* 1703. *in respons. ad* 23.
31 Capellani confraternitatum non debent ab Episcopo sine
causa amoveri reluctantibus confratribus. Sac. Congreg.
32 Episcop. *in Forosempr.* 3. *Octobr.* 1692. Alia de istis ca-
33 pellanis, vide *verb.* Confraternitas. Capellanus quo tem-
pore, loco, seu ecclesia, vel altari debeat celebrare mis-
sam, & pro quo debeat applicare, & quid possit quoad
reductionem, satisfactionem, eleemosynam, & alia; vi-
de *verb.* Missa, *ubi late de omnibus.*

34 Capellanus habens obligationem inhabitandi domum
à fundatore ad id relictam instructam supellectilibus, &
mobilibus necessariis, tenetur omnimode ibi inhabitare,
& residere ad formam testamenti. Sac. Congr. Conc. *in
Aquilana capellaniæ* 19. *Maji* 1733. *in respons. ad pri-
mam dubit.*

35 ☞ De amotione capellani non infrequens controver-
sia est. Porro si capellania sit laicalis, seclusa contraria
voluntate fundatoris, potest capellanus ab eo, qui jus
habet ipsum destinandi, pro arbitrio, & sine ulla causa
amoveri; Cardin. de Luc. *de benefic. discurs.* 80. *n.* 17.
& sequent. Leon. *de offic. capellan. quæst.* 5. *sect.* 16.
num. 251. Rot. *in Leodien. capellaniarum super bon. ju-
re* 27. *Februar.* 1719. §. Ea moti, *& sequent. cor. bon.
mem. Foscar. confirmata* 28. *Jun.* 1720. §. Pro eo vero,
cor. eod. & 12. *Jun.* 1722. §. Validitate, *cor. clar. mem.
Corio*; *in civitatis castelli capellaniæ* 15. *Januar.* 1754.
§. 10. *& sequent. &* 29. *Aprilis ejusdem anni* 1744.
§. 5. *cor. bon. mem. Vicecom. &* 28. *Jun.* 1745. §. 5. *cor.
bon. mem. Lan. & in Firmana capellaniæ* 6. *Jun.* 1746.
§. 2. *cor. bon. mem. Vicecom.*

36 Potest tamen is, qui pollet jure hoc destinandi capel-
lanum, renuntiare facultati huic amovendi, vel expres-
37 se, vel tacite. Quando vero successor teneatur, nec ne,
stare facto antecessoris; vide *in superiori additione ad
verb.* Capellania *num.* 8.

38 Quod si capellania sit ecclesiastica, nequit cappella-
nus amoveri. Num autem in ejus erectione possit ab Epis-
copo approbari conditio, qua fit potestas patrono ipsum
39 amovendi, magna quæstio est. Ejus vero solutio inde
pendet, an perpetuitas sit de essentia, nec ne, capellaniæ
ecclesiasticæ; nam Episcopus etsi in limine fundationis
approbare valeat conditiones juri contrarias; minime ta-
men approbare potest conditiones essentiæ capellaniæ ec-
clesiasticæ repugnantes. In additione autem ad *verb.* Be-
neficium *art.* 1. *num.* 5. dictum est, quod Rot. *in Caser-
tana beneficii* 28. *Jun.* 1745. §. 8. *cor. clar. mem. Mill.*
in medio reliquit, utrum perpetuitas sit de essentia eccle-
40 siasticæ capellaniæ. Ad id supremum tribunal *in Fanen.
juris nominandi* 2. *Jul.* 1745. *cor. Reverend. P. D. Bus-
sio Decano* firmavit, posse conditionem hanc ab Episco-
po in limine fundationis approbari. Et quod summopere
notandum est, agebatur in casu illius decisionis de ca-
pellano, cui incumbebat cura animarum.

De capellano, qui ad vitandam dismembrationem 41
parochiæ, solet constitui ad coadjuvandum parochum,
quæritur etiam, utrum sit perpetuus, an amovibilis? Es-
se amovibilem ex justa causa, definivit Rota *in Bononien.
amovibilitatis capellani* 31. *Januar.* 1727. *cor. clar.
mem. Corio*, ubi quod si Capellanus hic initio suæ pos- 42
sessionis acceptasset conditionem amovibilitatis ad nu-
tum, posset ad nutum amoveri. Monet vero idem sacrum
Auditorium in hac ipsa decisione, quod in capellania
perpetua acceptatio conditionis amovibilitatis ad nutum
initio possessionis nihil operatur. Num capellanus cura- 43
tus ad nutum amovibilis à patrono inscio, & non certio-
rato Episcopo, amoveri queat? expendit Rota *in Commen.
Loci Furculæ* 27. *Januar.* 1730. *cor. bon. mem. Ratto in-
ter impressas decis.* 274. *tom.* 3.

Si in fundatione alicujus capellaniæ dictum sit, quod 44
præsentetur capellanus, qui intra annum possit ascende-
re ad ordinem sacerdotalem, initium anni desumi debet
non ab institutionis, & possessionis die, sed à die præ-
sentationis, ut firmavit Rota *in Majoricen. beneficii* 13.
Aprilis 1742. *cor. clar. mem. Millin.* ubi quoad hoc con-
trariæ auctoritates procedunt in promotionibus sacerdo-
tum ad dignitates, & canonicatus ad præscriptum juris. ☞

CAPELLANUS MONIALIUM.

SUMMARIUM.

1 *Capellani monialium debent esse maturæ ætatis, non autem juvenes.*
2 *Unde non obstante quod moniales jus habeant nominandi capellanum, potest illum Episcopus ex justa causa rejicere.*
3 *Immo si Episcopus ipse dare velit monialibus capellanum juvenem, potest Abbatissa illum non recipere.*
4 *Ubi tamen senes, & provecti de facili non inveniuntur, ut in civitatibus, & locis parvis, relinquitur prudentiæ Episcopi, ut etiam juvenes bene perpensis loci, & facti circumstantiis possit admittere, dummodo ornati sint bonis moribus, & apud omnes sint bonæ famæ.*
5 *Removentur etiam quicumque capellani monialium vitæ dissolutæ, maxime si contrahant amicitias, & mittant munera monialibus.*
6 *Regulares non possunt esse cappellani monialium, nisi propter penuriam presbyterorum secularium.*
7 *Capellani monialium debent esse amovibiles, non esse autem perpetui, & intitulati.*
8 *Quando tamen moniales sunt in quasi possessione præsentandi eorum capellanum ad vitam, Episcopus non debet innovare; sed suorum jurium monumenta ad Sacram Congregationem mittere.*
9 *Cappellanus in ecclesiis monialium regularibus subjectarum approbatur à superiore regulari.*
10 *Ceteri vero presbyteri seculares, qui advocantur pro celebratione missarum in ecclesiis monialium, possunt ab Episcopo prohiberi, ne accedant, quamvis moniales exemptæ sint, aut regularibus subjiciantur.*
11 *Cappellanus monialium potest missam celebrare de Sancto, cujus officium ab ipsis monialibus celebratur in choro, missali tamen romano, in quo si missa particularis de eodem Sancto non adest, sumitur de communi.*
12 *Et idem dicendum est quoad recitationem officii.*
13 *Capellanus monialium non debet alium presbyterum substituere sine licentia Episcopi, sive Vicarii generalis, in casu impedimenti.*
14 *Capellanus secularis de licentia confessoris monialium potest Eucharistiæ sacramentum ministrare.*
15 *Capellani ecclesiarum exemptarum amoveri non debent ab Episcopo sine causa.*
16 *Addit. ex aliena manu*, ad num. 20.

Capellani monialium debent esse maturæ ætatis, non 1
autem juvenes, quia in senioribus præsumitur major pro-
bi-

bitas, *cap.* Si officia 2. *dist.* 19. & morum gravitas; *cap.*
2 Porro 6. *dist.* 84. Unde non obstante, quod moniales jus
habeant nominandi capellanum, potest illum Episcopus
ex juxta causa rejicere, puta si sit junior; Sacr. Congreg.
Episcop. *in Bononien.* 31. *Maji* 1602. *&* 29. *Novembris*
3 1605. Immo si Episcopus ipse dare velit monialibus ca-
pellanum juvenem, potest Abbatissa illum non recipere;
Sac. Cong. Episc. *in Messanen.* 19. *Decembris* 1602.
4 Ubi tamen senes, & provecti de facili non inveniun-
tur, ut in civitatibus, & locis parvis, relinquitur pru-
dentiæ Episcopi, ut etiam juvenes, bene perpensis loci,
& facti circumstantiis, possit admittere, dummodo or-
nati sint bonis moribus, & præditi religiosis qualitati-
5 bus, & apud omnes sint bonæ famæ. Removentur enim
quicumque capellani monialium vitæ dissolutæ, maxime
si contrahant amicitias, & mittant munera monialibus;
Sacr. Congreg. Episcop. *in Terracin.* 10. *Januar.* 1652.
& 10. *Mart.* 1645. Vel se ingerant ultra eorum officium;
6 eadem Sacr. Cong. 25. *Jun.* 1647. Regulares non pos-
sunt esse capellani monialium, ut declaravit, & censuit
Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. *in Sulmon.* 17. *April.*
1604. nisi propter penuriam presbyterorum secularium.
7 Modo regularis sit ætate simul, ac moribus gravis, & ha-
beat consensum suorum superiorum, nec tractet cum mo-
nialibus, prout resolvit eadem Sacr. Congreg. Episcop.
& Regul. *in Parmes.* 14. *Julii* 1607. Capellani monia-
lium debent esse amovibiles, non autem perpetui, seu
intitulati; Sacr. Congreg. Episcop. *in Brixien.* 18. *Jul.*
8 1692. Quando tamen moniales sunt in quasi possessione
præsentandi eorum capellanum ad vitam, Episcopus non
debet innovare, sed suorum jurium monumenta ad Sa-
cram Congregationem mittere; Sacr. Congreg. Episcop.
in Licien. 21. *Octobr.* 1577.

9 Capellanus in ecclesiis monialium regularibus sub-
jectarum approbatur à superiore regulari; Sac. Congr.
Concil. *in Hieracen. Visitat.* 26. *Januar.* 1692. *in res-
pons. ad nonum*; & tenet Monacell. *tom.* 1. *tit.* 11. *for-
10 mul.* 23. *num.* 4. Ceteri vero presbyteri seculares, qui
advocantur pro celebratione missarum in ecclesiis monia-
lium, possunt ab Episcopo prohiberi, ne accedant, quam-
vis moniales exemptæ sint, aut regularibus subjiciantur;
quia talis accessus pertinet ad custodiam clausuræ, super
qua Episcopus invigilat, & jurisdictionem indiscrimina-
tim exercet, ut respondit Sac. Congreg. *in dict. Hiera-
11 censi in respons. ad septimum.* Capellanus monialium
potest missam celebrare de Sancto, cujus officium ab ip-
sis monialibus celebratur in choro, missali tamen roma-
no, in quo si missa particularis de eodem Sancto non
adest, sumitur de communi; Sacr. Rituum Congr. *in
Austriæ Osciponti* 22. *Decembris* 1612. & eadem Sacr.
Congreg. Rit. 20. *Novembris* 1628. *apud Nicolaum lu-
cubrat. Canon. lib.* 3. *tit.* 1. *de vita & honestate cleric.*
& Gavant. *in Manual. Episcop. verb.* Monialium cura
12 spiritualis *num.* 33. Idem dicendum quoad recitationem
13 officii; vide *verb.* Officium *art.* 3. *num.* 76. Capellanus
monialium non debet alium præsbyterum substituere sine
licentia Episcopi, sive Vicarii generalis, in casu impe-
dimenti; Monacell. *tom.* 1. *tit.* 11. *form.* 23. *numer.* 7.
14 Capellanus secularis de licentia Confessoris monialium
potest Eucharistiæ sacramentum ministrare; sicut enim
cum licentia Sacristæ potest in monasteriis mendicantium
simplex sacerdos secularis dictum sacramentum adminis-
trare, id ipsum poterit in ecclesiis monialium de licentia
Confessoris earumdem, stante communicatione privile-
giorum; Tamburin. *de jure Abbatissar. disput.* 15. *q.* 3.
15 *num.* 2. Capellani ecclesiarum exemptarum amoveri non
debent ab Episcopo sine causa; Sacr. Congreg. Episcop.
& Regul. 25. *Octobris* 1602. Immo generaliter nullus
capellanus, licèt amovibilis, amoveri debet sine causa;
eadem Sacr. Congreg. *in Sulmonen.* 14. *Maji* 1655. *&*
16. *Maji* 1653.

16 ☞ Capellanus monialium exemptarum, excluso pa-
rocho, omnia sacramenta etiam in articulo mortis ipsis
administrat, ita ut loco parochi habeatur; Tambur. *de
jure Abbatiss. disput.* 34. *quæst.* 4. *per tot.* Pellizar. *de
monial. cap.* 9. *quæst.* 8. *num.* 15.

17 Num idem obtineat quoad moniales non exemptas?
Tenet Tambur. *loc. mox cit.* quod Episcopus monialibus
sibi subjectis soleat etiam destinare capellanum, qui vice
parochi fungatur. Verum non aliter amittenda est hæc 18
Tamburini opinio, quàm si consuetudo, eaque jam præ-
scripta, Episcopo adstipuletur. Seclusa namque consue- 19
tudine, non est cur Episcopus in præjudicium parochi
possit destinare hunc capellanum, qui parochi vice fun-
gatur. Moniales enim non exemptæ de jure communi sunt 20
parochis subjectæ, ut non diffitetur ipse Tamburinus, &
tradunt Abb. *in cap.* Dilectus *num.* 17. *de stat. Monach.*
Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *quæst.* 4.
Pellizar. *ubi supra.* ☞

CAPELLANUS MILITUM, seu missionarius Exercitus, vel castrensis.

SUMMARIUM.

1 *Capellani militum, seu missionarii exercitus, vel castrenses in casibus, in quibus non adsit Breve apostolicum aliter disponens, debent approbari ad Ordinario loci, non autem à capellano majori regio. Immo dato quod adsit Breve apostolicum, est bene, & caute perpendendum, an fuerit personale concessum alicui Regi, vel limitatum pro aliquo regno.*
2 *Sacra Congregatio Episcoporum pluries decrevit, quod capellani militum sint approbandi ab Ordinario loci, & non à majori Pœnitentiario regio.*
3 *Alioquin confessiones, & matrimonia nulla erunt.*
4 *Quæ Sacra Congregatio etiam declaravit hujusmodi capellanos non habere jurisdictionem in Clericos.*
5 *Regii capellani majores non possunt prætendere, ut omnes capellani, vulgo nuncupati* delli Presidj, è Fortezze, *sint exempti à jurisdictione Episcoporum Diœcesanorum, & subjecti suæ jurisdictioni.*
6 *Regii capellani majores ex Brevi Clementis VIII. concesso Regi Philippo habent solummodo executiones spectantes ad personas, non ad loca: Nec in dicto Brevi legitur, quod ipsi possint eligere personas ad audiendas confessiones, & alia sacramenta administranda, nisi ex approbatis ab Ordinario.*
7 *Adducuntur variæ responsiones Sacræ Congregationis Concilii ad dubia ei proposita occasione cujusdam Brevis apostolici concessi Archiepiscopo Mechliniensi pro exercitu in Flandria.*
8 *Adducitur resolutio ejusdem Sacræ Congregationis Concilii in responsione ad dubium ei propositum in una Mediolanensi pro matrimonio contracto à milite in statione degente coram capellano sui Tertii.*
9 *Adducitur alia resolutio ejusdem Sacræ Congregationis Concilii in una Dertonensi pro quodam matrimonio celebrato coram capellano Militiæ equestris in terra Vogheræ.*
10 *Afferuntur variæ resolutiones Sacræ Congregationis Concilii in dubio jurisdictionis capellanorum exercitus occasione militum à variis Germaniæ partibus in Italiam irrumpentibus.*
11 *Afferuntur variæ aliæ resolutiones ejusdem Sacræ Congregationis Concilii in una Casalensi, quoad potestatem capellani militum circa assistentiam præstandam matrimoniis contrahendis in eorum regiminibus existentibus.*
12 *Matrimonia contracta coram capellanis exercitus à militibus degentibus in castris, & stationibus hybernis, vel æstivis; aut in expeditione, etiam cum militaribus fœminis, sine licentia Ordinarii loci, vel sine speciali facultate Sedis apostolicæ, nulla sunt.*
13 *Matrimonium contractum à viro catholico cum muliere pariter catholica coram ministro catholico, est nullum.*
14 *Ad uberiorem notitiam consimilium capellanorum juvat adducere novissimam resolutionem ejusdem Sa-*
cræ

*cræ Congregationis Concilii circa capellanos Trirre-
mium Summi Pontificis.*
15 *Subnectuntur supplementa Auctoris*, ad n. 16.

1 CAPELLANI militum, seu missionarii exercitus, vel
castrenses in casibus, in quibus non adsit Breve aposto-
licum aliter disponens, debent approbari ab Ordinario
loci, non autem à capellano majori regio. Immo dato
quod adsit Breve apostolicum, est bene, & caute per-
pendendum, an fuerit personale concessum alicui regni,
limitatum pro aliquo regno, quia nequit extendi; prout
si in Breve fiat mentio de militibus in præsidio, non ex-
tenditur ad milites in bello, & è contra; cum in hujus-
modi materia sit stricta facienda interpretatio; & de facto
proposito dubio in Sacr. Congreg. *in Mazarien. facul-
tatis approbandi confessarios: An approbatio confessa-
riorum pro sacramentalibus militum confessionibus au-
diendis pertineat ad capellanum regium, vel ad Ordi-
narium loci? Die* 22. *Martii* 1687. respondit: *Pertine-
re ad Ordinarium loci*; quia Breve, quod aderat respectu
Regis Catholici, videbatur ex variis circumstantiis non
2 extendi ad regna extra Hispaniam. Unde Sacr. Congr.
Episcop. jam pluries declaraverat, quod capellani mili-
tum essent approbandi ab Ordinario loci, & non à majo-
ri capellano regio; *in Tarentina* 3. *Aprilis* 1618. *& in
Neapolitana* 4. *Augusti ejusdem anni*, rescripsit, quod
capellanus regius major Neapolis concedere non audeat
licentiam ministrandi sacramenta sine licentia Ordinarii.
3 Alioquin confessiones, & matrimonia nulla erunt, & ip-
sis non concedetur amplius semestris prorogatio suarum
facultatum, ut resolvit eadem Sacr. Congreg. *in Brun-
dusina* 5. *Septembr.* 1607. *in Gravinen.* 2. *Maji* 1615.
in Salernitana 16. *Februar.* 1619. *in Neapolitana* 11.
4 *Aprilis* 1620. Quæ etiam declaravit hujusmodi capella-
nos non habere jurisdictionem in clericos, *ut in Nuceri-*
5 *na* 15. *Februar.* 1622. Regii capellani majores non pos-
sunt prætendere, ut omnes capellani nuncupati *delli
Presidj, è Fortezze*, sint exempti à jurisdictione Episco-
porum diœcesanorum, & subjecti suæ jurisdictioni, adeo-
ut hujusmodi capellanis à quocumque Ordinario ad con-
fessiones approbatis, demandare valeant omnium Sacra-
mentorum administrationem absque alia approbatione,
seu licentia Episcoporum diœcesanorum: Quare Ordina-
rii uti debent jure suo; Sac. Cong. Conc. 18. *Novembris*
6 1644. *in Brundusina ad c.* 11. *sess.* 24. *de reform.* Regii
capellani majores ex Brevi Clement. VIII. concesso Phi-
lippo Regi habent solummodo exemptiones spectantes
ad personas, non ad loca, nec in dicto Brevi legitur,
quod ipsi possint eligere personas ad audiendas confes-
siones, & alia sacramenta administranda, nisi ex appro-
batis ab Ordinario. Sac. Cong. Immunitatis *in una Mas-
sæ pro ecclesia Portus Longonis* 13. *Novembris* 1668.

7 Occasione cujusdam Brevis apostolici concessi Ar-
chiepiscopo Mechiliniensi pro exercitu in Flandria; Sac.
Congregatio Concilii *in una Belgii Matrimoniorum die*
29. *Maji* 1683. ad infrascripta dubia sic respondit.

Primo: “An vigore præfatæ delegationis apostolicæ,
»ipse Delegatus apostolicus uti talis, ejusque Vicarius,
»& capellani exercitus facultatem habeant assistendi ma-
»trimoniis militum, dum hi reperiuntur in actuali ex-
»peditione: *respondit* affirmative.

Secundo: »An dictam facultatem habeant privative
»quoad contrahentium parochos? *respondit* negative.

Tertio: »An eamdem facultatem habeant, dum mi-
»lites matrimonium contracturi in hybernis, vel æstivis
»castris commorantur? *respondit* negative.

Quarto: »An eamdem facultatem habeant, dum mi-
»lites sunt in præsidiis? *respondit* negative.”

8 In Mediolanensi matrimonii, proposito dubio in Sac.
Congregatione Conc. An sit validum matrimonium con-
tractum à milite in statione degente coram capellano sui
Tertii? *Die* 11. *Dec.* 1697. Sac. Cong. Conc. *respondit*:
“Matrimonia militum contrahenda coram capellanis
»exercituum quocumque loco existentium fore nulla, ni-
»si doceant de sufficienti facultate, vel privilegio: &
»quoad matrimonia contracta particulariter videatur; &
»hoc scribatur Eminentissimo Archiepiscopo Mediola-
»nensi, qui aliis Episcopis prudenter communicet.”

In Derthonen. die 22. *Aprilis* 1693. Episcopus Der- 9
thonæ suis literis datis 6. currentis scribit, quod Frater
Joannes Giuzolo Ordin. Min. Conventualium capellanus
militiæ equestris celebravit matrimonium inter Francis-
cum Tafolier Germanum militem, & Felicem terram Me-
diolanensem in statione terræ Vogheræ existentes, abs-
que denuntiationibus, & probationibus eorum liberi sta-
tus: consulit quid facere debeat, tam in præsenti, quàm
in futuris temporibus? *Decretum*: “Dicto Episcopo res-
»cribendum, ut prædictos Franciscum, & Felicem de
»nullitate eorum matrimonii certioret; & ideo separari
»tenentur, aliàs in peccato existunt, donec illud coram
»parocho loci ser. denuo contrahant; necnon dictum ca-
»pellanum moneat, quod ipse juxta resolutiones Sacræ
»Congregationis Concilii, & Sancti Officii, quando mi-
»lites sunt in statione, facultatem celebrandi matrimo-
»nia non habet, & ideo in futurum à similibus se abs-
»tineat. Et super hoc se intelligat cum D. Duce de Sesto,
»ut mandet dicto capellano, ut ordinibus Sacr. Congre-
»gationis pareat.”

In dubio jurisdictionis capellanorum exercitus, occa- 10
sione militum à variis Germaniæ partibus in Italiam ir-
rumpentium, remissa cognitione à Sacra Congregatione
Sancti Officii ad Sacram Congregationem Concilii, ab
ista fuerunt proposita, & resoluta infrascripta dubia.

Primo: “An capellani cujusvis exercitus, sive regu-
»lares, sive seculares catholici possint administrare mili-
»tibus in præsidiis degentibus sacramenta Pœnitentiæ,
»Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis sine speciali facul-
»tate Sedis apostolicæ, vel licentia, & approbatione Or-
»dinarii, in cujus diœcesi extare contigerit?

Secundo: »An assistere matrimoniis militum cujus-
»cumque nationis degentium in præsidiis cum militari-
»bus fœminis, sine dicta facultate apostolica, & præce-
»denti probatione status liberi, ejusque recognitione co-
»ram Ordinario loci, & licentia parochi, sub cujus pa-
»rochia maneant?

Tertio: »An idem cum militibus degentibus in cas-
»tris, & stationibus hybernis, vel æstivis?

Quarto: »An idem cum militibus in actuali expedi-
»tione positis?

Quinto: »An idem cum militibus nubere volentibus
»cum fœminis non militaribus, sed Italis originariis loci,
»sive diœcesis, in qua reperiuntur?

Sexto: »An milites acatholici cum achatolicis con-
»trahentes teneantur servare formam præscriptam in Sac.
»Conc. Trid.

Septimo: »An eo magis acatholici contrahentes cum
»catholicis mulieribus militaribus in præsidiis, castris, &
»expeditione manentes?

Octavo: »An capellani achatolici assistere possint
»matrimoniis acatholicorum cum acatholicis, respective
»catholicis etiam extra fines Italiæ, quatenus negative
»in omnibus præter 6. & 7.

Nono: »An, & quid pro sanatione gestorum in præ-
»teritum, & faciendorum in futurum, super prædictis om-
»nibus pro certa regula Sanctissimo consulendum, &
»statuendum sit?”

Die 6. *Mart.* 1684. Sacr. Congr. Conc. respondit ad
1. 3. 4. 5. & 8. negative. “Ad sextum affirmative in locis,
»ubi publicatum fuit Concilium juxta decretum Sacræ
»Congregationis 26. *Septemb.* 1602. ad tertium dubium
»approbante san. mem. Clemente VIII. Ad septimum af-
»firmative, sed ulterius indigere dispensatione, ut præ-
»dicta matrimonia licite contrahantur, ad nonum in præ-
»teritum non esse inquietandas conscientias, quoad Sa-
»cramentum Pœnitentiæ; quo vero ad matrimonia inita
»sine speciali facultate apostolica, vel sine licentia ordi-
»narii loci, vel parochi, non servata forma Sac. Conc.
»Trid. *in cap.* 1. *sess.* 24. *de reform. matrim.* pro sa-
»natione, si Sanctissimo Domino nostro placuerit, re-
»vocato tamen consensu, etiam coram Confessario appro-
»bato, qui teneatur tradere testimonium renovationis
»dicti consensus parocho illius loci, in quo fieri contingat
»hujusmodi renovatio. Provisio in futurum differatur in
»primam proximam Congregationem; in qua consulendum
»erit, ac deliberandum. Sub *die* 20. *Martii* ejusdem an-
»ni super provisione Congregatio dixit, Secretario cum
»Sanctissimo pro tali provisione, & sanatione.”

BIBLIOTECA CENTRAL
UANL

Casalensis matrimonii.

11 Dubitans Episcopus Casalensis de potestate capellani
militum circa assistentiam præstandam matrimoniis con-
trahendis in earum regiminibus existentibus in his cala-
mitosis temporibus in ejus diœcesi, dum ad valorem ma-
trimonii aliqui existimant sufficere assistentiam parochi
putativi, ex adductis per Barbosam in Sac. Conc. *cap.* 1.
sess. 25. *de reform. matrimon. num.* 79. Ad tollenda
omnia inconvenientia, & pro suæ conscientiæ serenita-
te Oraculum E. E. V. V. super infrascripto dubio sum-
mopere exposcit.

“An capellanus alicujus regiminis, vulgo Monte del
»Reggimento, censeri valeat proprius parochus militum
»ejusdem regiminis, ita ut valide assistere possit matri-
»moniis eorumdem militum?”

Die 28. *Junii* 1074. Sacr. Congreg. Concil. *censuit
dandum esse decretum sub die* 6. *Martii* 1694.

Primo: “An capellani cujusvis exercitus sive regula-
»res, sive seculares catholici possint administrare militi-
»bus in præsidiis degentibus sacramenta Pœnitentiæ,
»Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis sine speciali facul-
»tate Sedis Apostolicæ, vel licentia, & approbatione Or-
»dinarii, in cujus diœcesi extare contigerit?

Secundo: »An assistere possint matrimoniis militum
»cujuscumque nationis degentium in præsidiis cum mi-
»litaribus fœminis sine dicta facultate Apostolica, &
»præcedenti probatione status liberi, ejusque recogni-
»tione coram ordinario loci, & sine licentia parochi,
»sub cujus parochia maneant?

Tertio: »An idem cum militibus degentibus in cas-
»tris, & stationibus hybernis, vel æstivis?

Quarto: »An idem cum militibus in actuali expedi-
»tione positis:

Quinto: »An itidem cum militibus nubere volenti-
»bus cum fœminis non militaribus, sed Italis originariis
»loci, seu diœcesis, in qua reperiuntur?”

Die 28. *Jun.* 1704. Sac. Congreg. Concil. *ad pri-
mum, secundum, tertium, quartum, & quintum*, res-
pondit, *negative.*

12 Matrimonia contracta coram capellanis exercitus à
militibus degentibus in castris, & stationibus hybernis,
vel æstivis, aut in expeditione, etiam cum militaribus fœ-
minis sine licentia ordinarii loci, vel sine speciali facul-
tate Sedis Apostolicæ, nulla sunt, ut dubio proposito
respondit Sacr. Congreg. Concil. 6. *Martii* 1694. & re-
13 fert Monacell. *tom.* 1. *tit.* 8. *form.* 10. *n.* 13. Matrimo-
nium contractum à viro catholico cum muliere pariter
catholica coram ministro acatholico, est nullum; quia licèt
fuerit initum in terris Hæreticorum, adhuc ubi fuit pu-
blicatum Concilium Tridentinum, illius forma tradita *in
cap.* 1. *sess.* 24. *de reform.* ubique servanda est pro vali-
ditate, ut pluries declaravit Sacr. Congr. Concil. apud
Pignatell. *t.* 5. *consult.* 79. *à num.* 36. & nuper *in Ve-
netiarum* 1. *Decemb.* 1696.

14 Ad uberiorem notitiam capellanorum juvat addu-
cere dubium propositum in Sacr. Congreg. Conc. 18.
April. 1713. An PP. Cappuccini capellani Triremium
Summi Pontificis excipere possint sine approbatione Epis-
copi Viterbiensis Confessiones remigum, & aliorum in
triremibus degentium; sive quando remiges, & alii sunt in
triremibus, & triremes sunt vel in portu, vel in recepta-
culo, *vulgo Darsena*: sive quando remiges, aliique in tri-
remibus degentes sunt in civitate Centum Cellarum.

Cui dubio responsum fuit per Sacr. Congr. “Posse
»PP. Cappuccinos sine approbatione Episcopi Viterbien-
»sis, & cum sola approbatione Eminentissimi Urbis Vi-
»carii, excipere Confessiones Remigum, & aliorum tam
»in triremibus, quàm in portu, & in receptaculo vulgo
»*Darsena* existentium: Sed non posse eosd. PP. Cappuc-
»cinos excipere eorumdem confessiones in civitate Cen-
»tum Cellarum sine approbatione Episcopi Viterbiensis.”
Sic refert Cardinalis Petra *tom.* 1. *comment. in constit.* 1.
Pauli II. *num.* 89.

* Attendenda sunt indulta Apostolica variis regibus 15
suis pro capellanis militaribus concessa, & signanter no-
vissima concessa Regibus Catholico, & Sardiniæ, quæ
pro regula ab omnibus observanda hic ad literam tra-
duntur.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

»QUONIAM in exercitibus charissimi in Christo filii nos-
»tri Philippi Hispaniarum Regis Catholici multa sæpe
»contingere solent, in quibus, pro recta administratione
»sacramentorum, salubrique directione, & cura anima-
»rum illorum, qui in castris degunt, & versantur; nec
»non pro cognoscendis, & decidendis inter eos cau-
»sis, & controversiis ad forum ecclesiasticum pertinen-
»tibus, opera, & industria unius, seu plurium persona-
»rum ecclesiasticarum opus sit; propterea quod non fa-
»cile ad proprios parochos, & locorum Ordinarios, aut
»ad Nos, & Sedem Apostolicam recursus haberi potest.
»Idcirco Nos supplicationibus ipsius Philippi Regis no-
»mine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ca-
»pellano majori exercituum hujusmodi ab eodem Philip-
»po Rege pro tempore deputato infrascriptas facultates
»per se, vel alium, seu alios Sacerdotes probos, & ido-
»neos per se ipsum capellanum majorem, prævio dili-
»genti, ac rigoroso examine repertos, ac approbatos
»(quatenus jam ab aliquo suo ordinario approbati non
»essent) & ab eodem capellano majori subdelegandos
»erga milites, aliasque utriusque sexus personas ad dic-
»tos exercitus (comprehensis etiam copiis auxiliaribus)
»quomodolibet spectantes tantum exercendas.

I. »Videlicet administrandi omnia ecclesiæ sacra-
»menta, etiam ea, quæ nonnisi per parochialium eccle-
»siarum Rectores ministrari consueverint, præter Con-
»firmationem, & ordinem, reliquasque functiones, &
»munera parochialia obeundi.

II. »Absolvendi ab hæresi, apostasia à fide, & schis-
»mate intra Italiam quidem, & Insulas adjacentes, illos
»tantum, qui in eis locis, ubi hæresis impune grassa-
»tur, nati sint, nec unquam errores judicialiter abjura-
»verint, vel Sacræ Romanæ Ecclesiæ reconciliati fuerint.
»Extra Italiam vero, dictasque Insulas adjacentes quos-
»cumque etiam ecclesiasticos, tam seculares, quàm re-
»gulares eadem castra sequentes, non tamen eos, qui
»ex illis locis fuerint, in quibus viget Officium Inquisi-
»tionis adversus hæreticam pravitatem, nisi inibi deli-
»querint, ubi hæresis impune grassatur, neque etiam
»illos, qui errores judicialiter abjuraverint, nisi isti na-
»ti sint ubi similiter grassatur hæresis, & post judi-
»cialem abjurationem illuc reversi in hæresim fuerint re-
»lapsi, & hos in foro conscientiæ dumtaxat.

III. »Absolvendi quoque à quibusvis excessibus, &
»delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam
»in casibus Nobis, & eidem Sedi Apostolicæ specialiter
»reservatis, ac etiam contentis in literis die Cœnæ Do-
»mini quotannis legi solitis.

IV. »Retinendi extra Italiam solummodo, & Insulas
»adjacentes, & legendi (non tamen aliis similem licen-
»tiam concedendi) libros prohibitos hæreticorum, vel in-
»fidelium de eorum religione tractantes, & alios quos-
»cumque ad effectum eos impugnandi, & hæreticos, seu
»infideles in castris forte degentes ad orthodoxam fidem
»convertendi, exceptis tamen operibus Caroli Molinæi,
»Nicolai Macchiavelli, & libris de Astrologia judiciaria
»tractantibus, ac ita ut dicti libri prohibiti ex provinciis,
»in quibus hæreses impune grassantur, minime efferantur.

V. »Celebrandi missam una hora ante auroram, &
»alia post meridiem, & si cogat necessitas, etiam extra
»ecclesiam in quocumque loco decenti, etiam sub dio,
»vel sub terra, & gravi omnino urgente necessitate,
»etiam bis in die (si tamen in priori missa ablutionem
»non sumpserit, ac jejunus fuerit) necnon super altari
»portatili, etiam non integro, seu disfacto, aut læso, &
»sine Sanctorum reliquis, ac demum si aliter celebrari
»non possit, & absit periculum sacrilegii, scandali, &
»ir-

»irreverentiæ, etiam præsentibus hæreticis, aliisque excommunicatis, dummodo inserviens missæ non sit hæreticus, vel excommunicatus.

VI. »Concedendi primo conversis ab hæresi, vel schismate plenariam, aliis itidem quibuscumque utriusque sexus Christifidelibus ad prædictos exercitus pertinentibus in articulo mortis saltem contritis, si confiteri non poterunt, necnon in Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Paschatis Resurrectionis, ac Assumptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ festis diebus vere pœnitentibus, & confessis, similiter plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem.

VII. »Singulis autem Dominicis, seu aliis festis diebus de præcepto relaxandi iis, qui ejus concionibus intervenerint, decem annos de injunctis illis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma ecclesiæ consueta; easdemque indulgentias sibi lucrandi.

VIII. »Singulis secundis feriis cujuslibet hebdomadæ officio novem lectionum non impeditis, vel eis impeditis, die immediate sequenti celebranti missam de *Requiem* in quocumque altari, etiam portatili (si aliter celebrari non possit) & per ejus applicationem liberandi animam alicujus ex pie defunctis dictorum exercituum secundum celebrantis intentionem à Purgatorii pœnis per modum suffragii.

IX. »Deferendi, si in locis versentur, ubi ab hæreticis, vel infidelibus periculum subsit sacrilegii, vel irreverentiæ Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem in prædictis casibus retinendi pro iisdem Infirmis, in loco tamen apto atque decenti.

X. »Induendi (si quandoque in iis partibus degant, per quas propter hæreticorum, vel infidelium insultus aliter transire, vel in illis morari non possent) vestibus secularibus, licèt Sacerdotes etiam regulares fuerint.

XI. »Benedicendi quæcumque vasa, tabernacula, vestimenta, paramenta, & ornamenta ecclesiastica, aliaque divinum cultum (pro servitio eorumdem exercituum dumtaxat), necessaria, & pertinentia, exceptis tamen iis, in quibus Sacra Unctio adhibenda erit.

XII. »Reconciliandi ecclesias, & capellas, ac cœmeteria, & oratoria quomodolibet polluta in illis partibus, in quibus ipsi exercitus consederint, si ad locorum Ordinarios commodus non pateat accesus, aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antistitem, ut moris est, benedicta; immo etiam, magna urgente necessitate, ut missæ Dominicis, & aliis festivis diebus celebrari possint, illa etiam à memorato Antistite non benedicta.

XIII. »Præterea idem Capellano majori per se pariter, vel alium, seu alios ab eo delegandos probos, & idoneos Sacerdotes foro ecclesiastico versatos juxta attestationem, & informationem ab eorum Ordinario, aliisve personis fide dignis per ipsum Capellanum majorem desuper exquirendam omnem, & quamcumque jurisdictionem ecclesiasticam exercendi in eos, qui in exercitibus præfatis pro Sacramentorum administratione, nec non spirituali animarum cura, & directione pro tempore inservient, sive Clerici, vel Presbyteri seculares, sive quorumvis, etiam Mendicantium Ordinum Regulares fuerint, perinde ac si quoad Clericos seculares, eorum veri Præsules, & Pastores, quoad Regulares vero, illorum Superiores Generales essent.

XIV. »Omnesque causas ecclesiasticas, profanas, civiles, criminales, & mixtas, inter, seu contra prædictos, aliasque personas, in exercitibus prædictis commorantes ad forum ecclesiasticum quovis modo pertinentes, etiam summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & forma judicii, sola facti veritate inspecta, audiendi, ac fine debito terminandi, contra inobedientes quoslibet ad censuras, & pœnas ecclesiasticas procedendi, aliasque agravandi, ac etiam sæpius reaggravandi, auxiliumque brachii secularis invocandi.

XV. »Eisdem insuper Christifidelibus in dictis exercitibus degentibus concedendi licentiam ovis, caseo, butyro, & aliis lacticiniis, ac etiam carnibus Quadragesimæ, & aliis anni temporibus, & diebus, quibus eorum esus est prohibitus (feria sexta, & sabbato cujuslibet hebdomadæ, ac tota majori hebdomada, quoad carnes exceptis) vescendi.

XVI. »Ac demum commutandi, relaxandi, dispensandi, & absolvendi respective prout, & in quantum Episcopis, locorum Ordinariis, juxta sacros canones, & Concilii Tridentini decreta, id facere licet, seu permittitur, quoad vota, juramenta, irregularitates, & censuras ecclesiasticas, nempe excommunicationes, suspensiones, & interdicta, necnon quoad omissionem omnium, seu aliquarum ex denuntiationibus, quæ matrimoniis personarum ad prædictos exercitus pertinentium, & cum illis commorantium, contrahendis præmitti deberent.

XVII. »Ad septennium, à data præsentium computandum, ac interim ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, & impertimur.

XVIII. »Volumus autem, ut ii Sacerdotes, quos idem Capellanus major pro Sacramentis etiam parochialibus, militibus, aliisque personis quibuscumque dictorum exercituum ministrandis, ut prædicitur, deputandos duxerit, nullatenus quidem hujusmodi facultatibus uti valeant erga milites præsidiarios, qui continue arcium, seu aliorum locorum custodia adscripti sunt, quos eorumdem locorum Parochis, & Ordinariis in omnibus, & per omnia subesse debere declaramus, sed dumtaxat erga milites, & personas exercituum prædictorum ad vagas belli operationes destinatos, tum ibi in actuali expeditione reperiuntur, tum etiam in quibuslibet accidentalibus, & temporaneis, sive hybernis, sive æstivis, aut etiam præsidialibus stationibus pro tempore detinebuntur, ita tamen ut statim atque iidem Sacerdotes, quos Capellanus major subdelegaverit, ad temporaneas illas stationes pervenerint, literas testimoniales tam super eorum sacerdotio, quàm super sua deputatione, ac facultatibus sibi vigore præsentium concessis pro ejusmodi munere exercendo, Parochis locorum exhibere debeant, quibus visis, hi non impediant, quominus missam in suis ecclesiis celebrare, ac in vim earumdem facultatum sacramenta etiam parochialia ministrare valeant.

XIX. »Quod si ex tempore matrimonium inter personas, quarum altera militaris sit, seu ad dictos exercitus pertineat, ibique occasione stationum præfatarum commoretur, altera vero Parochi loci subdita reperiatur, contrahi contingat, eo casu nec Parochus sine Sacerdote hujusmodi, nec vicissim Sacerdos sine Parocho celebrationi hujusmodi matrimonii assistat, aut benedictionem impertiatur; sed ambo simul atque æqualiter stolæ emolumenta, si quæ licite percipi solent, accipiant, & inter se dividant.

XX. »Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon ordinum, quorum personæ hujusmodi professæ fuerint, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, ordinibus præfatis, vel eorum Superioribus, aut singularibus personis, quomodolibet concessis, ac approbatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

»Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 4. Februarii anno millesimo septingentesimo trigesimo sexto, Pontificatus Nostri anno sexto. Pro Domino Cardinali Passioneo Cajetanus Amatus.”

Quod idem fuit iterum ad literam confirmatum in simili forma Brevis à BENEDICTO XIV. die 2. Junii 1741.

BE-

BIBLIOTECA CENTRAL

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

“QUONIAM in exercitibus Charissimi in Christo Filii nostri Caroli Emmanuelis Sardiniæ Regis illustris multa sæpe contingere possunt, in quibus pro recta Sacramentorum administratione, salubrique directione, & cura animarum illorum, qui in castris degunt, & versantur; necnon pro cognoscendis, & decidendis inter eos causis, & controversiis ad forum ecclesiasticum pertinentibus opera, & industria unius, seu plurium personarum ecclesiasticarum opus sit; propterea quod non facile ad proprios parochos, & locorum Ordinarios, aut ad Nos, & Sedem Apostolicam recursus haberi potest; idcirco Nos suplicationibus ipsius Caroli Emmanuelis Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Capellano majori exercituum hujusmodi ab eodem Carolo Emmanuele Rege pro tempore deputato infrascriptas facultates per se, vel alium, seu alios Sacerdotes probos, & idoneos per ipsum Capellanum majorem prævio diligenti ac rigoroso examine repertos, ac approbatos (quatenus jam ab aliquo suo Ordinario approbati non essent) & ab eodem Capellano majori subdelegandos erga milites, aliasque utriusque sexus personas ad dictos exercitus (comprehensis etiam copiis auxiliaribus) quomodolibet spectantes tantum exercendas.

I. »Videlicet administrandi omnia ecclesiæ Sacramenta, etiam ea, quæ nonnisi per parochialium ecclesiarum Rectores ministrari consueverunt, præter Confirmationem, & Ordinem, reliquasque functiones & munera Parochialia obeundi.

II. »Absolvendi ab hæresi, apostasia à fide, & schismate in ditionibus dicto Carolo Emmanueli Regi subjectis, intra Italiam quidem illos tantum, qui in eis locis, ubi hæresis impune grassatur, nati sint, nec umquam errores judicialiter abjuraverint, vel Sacræ Romanæ Ecclesiæ reconciliati fuerint, extra Italiam vero, & ditiones prædictas quoscumque etiam ecclesiasticos tam seculares, quàm regulares eadem castra frequentantes, non tamen eos, qui ex illis locis fuerint, in quibus viget Officium Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem, nisi inibi deliquerint, ubi hæresis impune grassatur, neque etiam illos, qui errores judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint, ubi similiter grassatur hæresis, & post judicialem abjurationem illuc reversi in hæresim fuerint relapsi, & hoc in foro conscientiæ dumtaxat.

III. »Absolvendi quoque à quibusvis excessibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam in casibus Nobis, & eidem Sedi Apostolicæ specialiter reservatis, ac etiam contentis in literis die Cœnæ Domini quotannis legi solitis.

IV. »Retinendi in ditionibus prædictis solummodo, & legendi (non tamen aliis similem licentiam concedendi) libros prohibitos hæreticorum, vel infidelium de eorum religione tractantes, & alios quoscumque ad efectum eos impugnandi, & hæreticos, seu infideles in castris forte degentes ad orthodoxam fidem convertendi, exceptis tamen operibus Caroli Molinæi, Nicolai Macchiavelli, & libris de *Astrologia judiciaria* tractantibus, ac ita ut dicti libri prohibiti ex provinciis, in quibus hæreses impune grassantur, minime efferantur.

V. »Celebrandi missam una hora ante auroram, & alia post meridiem, & si cogat necessitas, etiam extra ecclesiam in quocumque loco decenti, etiam sub diu, vel sub terra; & gravi omnino urgente necessitate, etiam bis in die (si tamen in priori missa ablutionem non sumpserit, ac jejunus fuerit); necnon super altari portatili, etiam non integro, seu disfacto, aut læso, & sine Sanctorum reliquiis; ac demum si aliter celebrari non possit, & absit periculum sacrilegii, scandali, & irreverentiæ, etiam præsentibus hæreticis, aliisque excommunicatis, dummodo inserviens missæ non sit hæreticus, vel excommunicatus.

VI. »Concedendi primo conversis ab hæresi, vel schismate plenariam, aliis itidem quibuscumque utriusque sexus Christifidelibus ad prædictos exercitus pertinentibus in articulo mortis saltem contritis, si confiteri non poterunt, necnon in Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Paschatis Resurrectionis, ac Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ festis diebus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, similiter plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem.

VII. »Singulis autem Dominicis, seu aliis festis diebus de præcepto relaxandi iis, qui ejus concionibus intervenerint, decem annos de injunctis illis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma ecclesiæ consueta; easdemque indulgentias sibi lucrandi.

VIII. »Singulis secundis feriis cujuslibet hebdomadæ officio novem lectionum non impeditis, vel eis impeditis, die immediate sequenti celebrandi missam de *Requiem* in quocumque altari, etiam portatili (si aliter celebrari non possit) & per ejus applicationem liberandi animam alicujus ex pie defunctis dictorum exercituum secundum celebrantis intentionem à Purgatorii pœnis per modum suffragii.

IX. »Deferendi, si in locis versentur, ubi ab hæreticis, vel infidelibus periculum subsit sacrilegii, vel irreverentiæ Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem in prædictis casibus retinendi pro iisdem Infirmis, in loco tamen apto atque decenti.

X. »Induendi (si quandoque in iis partibus degant, per quas propter hæreticorum, vel infidelium insultus aliter transire, vel in illis morari non possent) vestibus secularibus, licèt Sacerdotes etiam regulares fuerint.

XI. »Benedicendi quæcumque vasa, tabernacula, vestimenta, paramenta, & ornamenta ecclesiastica, aliaque divinum cultum pro servitio eorumdem exercituum dumtaxat necessaria, & pertinentia, exceptis tamen iis, in quibus Sacra Unctio adhibenda erit.

XII. »Reconciliandi ecclesias, & capellas, ac cœmeteria, oratoria quomodolibet polluta in illis partibus, in quibus ipsi exercitus consederint, si ad locorum Ordinarios commodus non pateat accesus, aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antistitem, ut moris est, benedicta; immo etiam, magna urgente necessitate, ut missæ Dominicis, & aliis festivis diebus celebrari possint, illa etiam à memorato Antistite non benedicta.

XIII. »Præterea idem Capellano majori per se pariter, vel alium, seu alios ab eo subdelegandos probos, & idoneos Sacerdotes in foro ecclesiastico versatos juxta attestationem, & informationem ab eorum Ordinario, aliisve personis fide dignis per ipsum Capellanum majorem desuper exquirendam omnem, & quamcumque jurisdictionem ecclesiasticam exercendi in eos, qui in exercitibus præfatis pro Sacramentorum administratione, nec non spirituali animarum cura, & directione pro tempore inservient, sive Clerici, vel Presbyteri seculares, sive quorumvis, etiam Mendicantium, Ordinum Regulares fuerint, perinde ac si quoad Clericos seculares, eorum veri Præsules, & Pastores, quoad Regulares vero, illorum Superiores Generales essent.

XIV. »Omnesque causas ecclesiasticas, profanas, civiles, criminales, & mixtas inter, seu contra præfatas, aliasque personas, in exercitibus prædictis commorantes ad forum ecclesiasticum quovis modo pertinentes, etiam summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & forma judicii, sola facti veritate inspecta, audiendi, ac fine debito terminandi, contra inobedientes quoslibet ad censuras, & pœnas ecclesiasticas procedendi, illasque agravandi, ac etiam sæpius reaggravandi, auxiliumque brachii secularis invocandi.

XV. »Eisdem insuper Christifidelibus in dictis exercitibus degentibus concedendi licentiam ovis, caseo, butyro, & aliis lacticiniis, ac etiam carnibus Quadragesimæ, & aliis anni temporibus, & diebus, quibus eorum esus est prohibitus (feria sexta, & sabbato cujuslibet hebdomadæ, ac tota majori hebdomada, quoad carnes exceptis) vescendi.

XVI. »Ac demum commutandi, relaxandi, dispen-

„sandi, & absolvendi respective pront, & in quantum „Episcopis, locorum Ordinariis, juxta sacros canones, „& Concilii Tridentini decreta, id facere licet, seu per„mittitur, quoad vota, juramenta, irregularitates, & „censuras ecclesiasticas, nempe excommunicationes, „suspensiones, & interdicta, necnon quoad omissionem „omnium, seu aliquarum ex denuntiationibus, quæ ma„trimoniis personarum ad prædictos exercitus pertinen„tium, & cum illis commorantium, contrahendis præmit„ti deberent.

XVII. „Ad septennium, ac interim ad nostrum, & „Sedis Apostolicæ beneplacitum auctoritate apostolica „tenore præsentium tribuimus, & impertimur.

XVIII. „Volumus autem, ut ii Sacerdotes, quos „idem Capellanus major pro Sacramentis etiam paro„chialibus, militibus, aliisque personis quibuscumque „dictorum exercituum ministrandis, ut præfertur, depu„tandos duxerit, nullatenus quidem hujusmodi faculta„tibus uti valeant erga milites præsidiarios, qui conti„nue arcium, seu aliorum locorum custodia adscripti sunt, „quos eorumdem locorum Parochis, & Ordinariis in „omnibus, & per omnia subesse debere declaramus, sed „dumtaxat erga milites, & personas exercituum præ„dictorum ad vagas belli operationes destinatos, tum „ubi in actuali expeditione reperiuntur, tum etiam cum „in quibuslibet, accidentalibus, & temporaneis, sive „hybernis, sive æstivis, aut etiam præsidialibus statio„nibus pro tempore detinebuntur, ita tamen ut statim „atque iidem Sacerdotes, quos Capellanus major subde„legaverit, ad temporaneas illas stationes pervenerint, „literas testimoniales tam super eorum sacerdotio, quàm „super sua deputatione, ac facultatibus sibi vigore præ„sentium concessis pro ejusmodi munere exercendo, Pa„rochis locorum exhibere debeant, quibus visis, hi non „impediant, quominus missam in suis ecclesiis celebra„re, ac in vim earumdem facultatum sacramenta etiam „parochialia ministrare valeant.

XIX. „Quodsi ex eo tempore matrimonium inter per„sonas, quarum altera militaris sit, seu ad dictos exer„citus pertineat, ibique occasione stationum præfata„rum commoretur, altera vero Parochi loci subdita re„periatur, contrahi contingat, eo casu nec Parochus si„ne Sacerdote hujusmodi, nec vicissim Sacerdos sine „Parocho celebrationi hujusmodi matrimonii assistat, „aut benedictionem impertiatur; sed ambo simul atque „æqualiter stolæ emolumenta, si quæ licite percipi so„lent, accipiant, & inter se dividant.

XX. „Non obstantibus apostolicis, ac universali„bus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis edi„tis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & „ordinationibus, necnon ordinum, quorum personæ hu„jusmodi professæ fuerint, etiam juramento, confirma„tione apostolica, vel quavis firmitate, aliâ roboratis sta„tutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indul„tis, & literis apostolicis, ordinibus præfatis, vel eorum „Superioribus, aut singularibus personis, quomodolibet „concessis, ac approbatis, & innovatis; quibus omni„bus, & singulis illorum tenores præsentibus pro ple„ne, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum „insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, „ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat speciali„ter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis qui„buscumque.

„Dat. in Arce Gandulphi Albanen. diœcesis sub An„nulo Piscatoris die 28. Maji 1746. Pontificatus Nostri „Anno sexto. D. Card. Passioneus. *Registrat. dal Sena„to per Ordinato delli 4. Luglio 1746.*"

☞ De variis nominibus magni Capellani Regum, 10
tum de ejus variis & diversis temporibus, juribus consule, ubi res postulat, eruditissimum Caraf. *de capella Regis c. 3. & 4. utrobique per tot.* ☞ ❂

CAPILLITIUM fictitium. Vide *verb.* Coma fictitia *per tot.*

CAPITULUM.

ARTICULUS I.

Quoad ea, quæ concernunt Capituli convocationem, seu Congregationem.

SUMMARIUM.

1 *Quomodo capituli convocatio est facienda: ad quem spectet: an in convocatione ejus materia explicanda, & quando Episcopi licentia requiratur*, ad num. 10.

11 *Quod est tractandum in capitulo conscius debeat esse Episcopus: an sit ei exhibenda actorum capitularium copia: quibus casibus possit ipsummet capitulum congregare: quæ observantia in prædictis versus Vicarium Generalem Episcopi*, ad n. 17.

18 *Extante consuetudine ut interveniat Episcopus, seu ejus Vicarius, non sustinetur si de proprio, suorumve interesse agitur: quia faciendum casu occurrente: quando possit suffragium ferre*, ad num. 26.

27 *Quid in Episcopo Titulari: ubi capitulum celebrandum: an possit transferri, & quo tempore fieri acta capitularia debeant*, ad num. 32.

33 *Inseruntur addit. ex aliena manu*, ad num. 65.

CAPITULI convocatio est facienda juxta solitum, Pignatell. *tom.* 1. *consult.* 43. Passerin. *cap.* 10. *de election. num.* 49. Gonzalez *in lib. Decret. cap. unico de Syndico num.* 9. Rota *decis.* 1247. *num.* 1. *coram Seraphin. &*
2 *decis.* 245. *coram Puteo lib.* 3. Capituli convocatio spectat ad majorem, & digniorem; Innocent. & Hostiens. *in cap.* 1. *de Majorit. & Obedient.* Fagn. *in cap.* Ut Abbates, *de ætate, & qualitate num.* 24. Barbos. *in Canonic. cap.* 35. *num.* 1. *& sequent.* Sac. Congr. Concil. *in Bononien.* 16. *Junii* 1683. *in Lunen. Sarzanen.* 12. *Martii* 1695. *in respon. ad tertium, &* Sac. Congr. Rit. *in Neapolitana* 25. *Januarii* 1698. *in responsione ad quintum.* Etiamsi major, seu dignior non sit in ordinibus sa- 3
cris constitutus, nec votum habeat, adhuc ad eum spectat convocare capitulum, proponere negotia decidenda, & suffragia collegialium votantium colligere, cum iste sit actus jurisdictionis, qui competit Præsidenti etiam in sacris non constituto ratione superioritatis. Ita decisum fuisse

❂ In præsens dumtaxat reminiscendum venit, precibus interpositis D. D. Ferdinando VI. Romanam ad Sanctam Sedem, (1) expeditas in forma Brevis, Sanctissimo in Christo Patre felic. record. D. Benedict. XIV. eamdem occupante literas fuisse, quibus regiam bassilicam, cui Archiepiscopus pro tempore Compostellanus, major Capellanus existebat, in parochialem ecclesiam cum omnibus, & singulis præeminentiis, queis aliæ parochiali-

A NUESTRO MUY AMADO EN CHRISTO hijo Carlos, Rey Católico de España.

PIO VI. PAPA.

(1) MUY amado en Christo hijo nuestro, salud, y la bendicion Apostólica. Nos causa mucho gozo y alegria en el Señor, ver, que por la Real piedad de los Reyes Católicos de España, se repite en nuestros dias un exemplar semejante al insigne, que en lo antiguo dió la Real piedad del Emperador Constantino Magno, quando se excusó de decidir las disputas y pleytos que se habian suscitado entre los Obispos del Oriente, remitiendo la causa de Donato, y Ceciliano, de la qual se solicitaba que tomase conocimiento, y la sentenciase, al Pontifice Romano San Melquiades, predecesor nuestro, á fin de que ante él se ventilase, y la decidiese; pues reusando los enunciados Reyes Católicos determinar las diferencias suscitadas entre partes, de la una el Capellan Mayor, y de la otra el Arzobispo de Toledo, y algunos Curas Parrocos, y Superiores de Ordenes regulares, las han remitido á la decision de esta Santa Sede Apostólica.

§. II. Antes de agora el Papa Benedicto XIV. de feliz memoria, predecesor nuestro, por sus Letras expedidas en igual forma de Breve el dia 27 de Junio de 1753, á instancia de Fernando de esclarecida memoria, que tambien fue Rey Católico de España, con la autoridad Apostólica erigió en Iglesia Parroquial la Capilla Real, de la qual es Capellan Mayor el Arzobispo, que en qualquier tiempo fuere de Santiago de Galicia, con todas, y cada una de las prerogativas, honores, y derechos de que usan, y gozan las demás Iglesias Parroquiales; y con la misma autoridad constituyó, y asignó á la enunciada Capilla Real, erigida en Iglesia Parroquial, como vá dicho, un territorio particular, y separado: es á saber, todo el ámbito del real palacio, en que habita, y reside el Rey Católico de España con su real familia y las oficinas del mismo palacio, y las casas adyacentes, contiguas, ó cercanas, las quales se habian de señalar, y poner en una demarcacion por escrito por el que era entonces Nuncio de la Sede Apostólica en los dichos reynos de España: y ademas de esto todos, y cada uno de los palacios sitos en qualquier parage de los reynos de España, en los quales el que es, ó fuere Rey Catolico de España, puede habitar, hacer mansion, ò aposentarse: y tambien los Palacios en que hay costumbre que residan, ó sucediere que vayan á habitar las Reynas viudas de España, el Príncipe de Asturias, y los Infantes de España: y por último los demas sitios, en los quales los dichos Reyes de España acostumbran tener, ó tuvieren casas, y palacios para habitacion suya, y de su familia, y todas las iglesias, y capillas anexas, y conexâs á los enunciados palacios, y casas reales sitas en unos, ú otras: como asimismo el Hospital que llaman *de la Corte*, ó por otro nombre *el Buen Suceso*, y el real de Aragon, llamado de *Monserrate*, y el destinado para los naturales de los Paises baxos, llamado vulgarmente de los *Flamencos*, y el de *San Luis*, que es para la Nacion Francesa, el *Convento de Santa Isabel*, juntamente con el colegio de Niñas educandas, unido, y agregado á él; y finalmente el colegio de educandas, llamado de *nuestra Señora de Loreto*, y todas, y cada una de las personas que sean de los dichos hospitales, conventos, y colegios, ó existan en qualquier tiempo en ellos, y sus sirvientes: y cometió, y encomendó á dicho Capellan mayor, ó al Gobernador, y Administrador que á la sazon era, y en qualquier tiempo fuese de la enunciada capilla real erigida, como va dicho, en iglesia parroquial, y de dicho territorio particular, y separado, la cura, direccion, y pasto espiritual de las almas de los parroquianos, y subditos de la enunciada iglesia parroquial.

§. 3. Y para que no se suscitasen pleytos, ni controversias sobre la administracion de los sacramentos, y los demas derechos parroquiales entre el Capellan mayor, ó el Gobernador, y Administrador que era, ó en qualquier tiempo fuese de la Real capilla, y los Curas Párrocos, ó Rectores, que eran, ó en qualquier tiempo fuesen de las otras iglesias parroquiales, ni se confundiese la jurisdicion que corresponde de derecho á cada uno de ellos, con la sobredicha autoridad, quiso, y mandó que los parroquianos de dicha nueva iglesia parroquial, y del sobredicho territorio, que se habia de separar, precediendo la demarcacion que de él se habia de hacer por el indicado Nuncio de dicha Sede Apostólica, en quienes el Capellan Mayor, ó el Gobernador, y Administrador de la enunciada Iglesia Parroquial, habia de poder usar, y exercer la omnímoda jurisdicion privativa episcopal, ó quasi episcopal, y de los quales habia de tener la *Cura animarum*, y la administracion de todos los Sacramentos de la iglesia, y ser Pastor de sus almas, se entendiese que habian de ser, y fuesen el Rey, y la Reyna, y todas las Personas Reales; es á saber, los Príncipes, é Infantes de España de ambos sexôs, y los demas Príncipes llamados *de la Sangre*, si aconteciere que los haya, y todos los domésticos, familiares, y criados de la dicha casa real, que tienen servidumbre en ella, y que por razon de su empleo, y servicio cobran sueldo, ó salario de la real tesorería, y están asentados en el libro, ó Rol de la casa real: como tambien todos los criados domésticos, y familiares de los palacios de las Reynas viudas, y de los Infantes de España, y los demas sirvientes, y empleados en palacio, que son de la comitiva del Rey, y le siguen quando éste hace jornada fuera de la Villa de Madrid: y todos los que habitan en los reales palacios, y los que residen, ó hacen mansion por algun tiempo en ellos, de qualquier modo, y por qualquiera causa, motivo, ó razon que fuere, aunque sea por la de ir á estar con sus parientes por consanguinidad, ó afinidad, que sean criados de dicho Rey, ó estén empleados en su servicio, ó por razon de negocios, ú diligencias, y los inquilinos de las casas, y tiendas inmediatas á los reales palacios.

§. 4. Ademas de esto, con la misma autoridad concedió indulto, y plena, y libre facultad para hacer, y exercer tambien todas, y cada una de las funciones, y actos que los Obispos acostumbran hacer en sus propias iglesias, siempre que el Rey Católico quiera ir á qualquiera iglesia catedral, colegiata, parroquial, ú de monasterio, y asistir en ella con la real capilla á qualesquiera funciones que se hiciesen; y esto aun quando el sobredicho Rey por estar legitimamente impedido no vaya, ni asista á ellas: y otras cosas que mas por extenso se contienen en las letras del mismo Benedicto, predecesor nuestro, cuyo tenor queremos que se tenga por expresado en las presentes.

§. 5. Y habiendo después, segun se nos ha expuesto poco hace por parte de vuestra Magestad, el Nuncio que era entonces de la Sede Apostólica en los reynos de España cerca del Rey Católico, á quien estaba cometida la execucion de las letras, pasado á hacer, á instancia del Fiscal del Rey, señalamiento, y demarcacion del territorio particular, y separado de la real capilla, ó nueva iglesia parroquial, expresando, y declarando los palacios, iglesias, y casas, como tambien los sitios que debian comprehenderse en el distrito de la enunciada iglesia parroquial, y los habitantes, y personas que debian estar sujetas á la jurisdicion del dicho Capellan, que en qualquier tiempo fuese, y luego que fueron intimadas sus letras executoriales á los interesados, originádose, y suscitádose muchas, y graves disputas, y controversias entre partes, de la una Luis, de buena memoria, Cardenal que fué de la santa Iglesia Romana, denominado *de Córdoba,* que entonces era Arzobispo de Toledo, y algunos Párrocos, ó Rectores de iglesias parroquiales, y Superiores de Ordenes Regulares, los quales alegaban que con la ereccion de la nueva iglesia parroquial quedaban perjudicados, y ofendidos en gran manera sus derechos, y que no habia sido esta la mente, ni la voluntad del Pontífice Romano, ni del Rey Católico: y de la otra nuestro amado hijo Ventura, Cardenal de la misma Santa Iglesia Romana, denominado de Córdoba, Espínola y de la Cerda, Procapellan Mayor, el qual por la real capilla lo contradecia con todo empeño, creyendo que no se habia hecho nada que no fuese muy justo, conveniente, y necesario, y muy conforme á las letras apostólicas, y á la real intencion: para que se cortáran, y cesáran todas estas disputas, tuvieron ambas partes por el medio mas conveniente representar al mencionado Fernando, Rey Católico, exponiéndole sus razones, y los derechos que cada una conceptuaba que la competian; y este Rey, para proceder con la madurez que era correspondiente en un asunto de tanta entidad, nombró una Junta compuesta de cinco sugetos dotados de doctrina, y probidad, para que exâminasen todo lo expuesto, y alegado, y sobre ello le consultasen.

BIBLIOTECA CENTRAL UANL